Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Audite me homines rex sempiternus dicitur:

generabunt: & erit sobolesq eorum sancta & deo cara. Cum autem ab inferis
suscitabuntur: hi precerunt uiuentibus velut mortui iudices. Gentes vero
non extinguentur a iustis: ac subiugentur perpetue seruitutis. Sub idem tempus
& princeps demonum qui est machinator omnium malorum catheni
vincietur & erit in custodia mille annis celestis impij: quo iustitia
in orbe regnabit: ne quod malum adiuuis populis dei moliatur. Post cuius
aduentum congregabuntur iusti ex omni terra pacto iudicio ciuitas sancta
constituetur in medio terre: in qua ipse conditor deus cum iustis dom
nantibus commoretur: quam ciuitatem Sybilla designat cum dicit Καὶ
πόλιν ἣν ἐποίησε θεὸς ἀστὴρ ἐποίησε λαμπροτέραν ἀφρῶν καὶ
ἡδὺς ὄξος ἄρης. Tunc auferentur a mundo tenebre ille quibus offunde
tur atque obscurabitur celum & luna claritatem solis accipiet: nec immue
tur ultrius. Sol autem septies tanto: quanto nunc est clarior fiet. Terra vero a
periet fecunditatem suam & uberrimas fruges sua sponte generabit:
Rupes montium melle stillabunt. Per riuos vina decurrent & flumina
lacte mundabunt. Mundus denique ipse gaudebit & omnis rerum natu
letabitur erepta & liberata dominio mali & impietatis & sceleris & erro
ris. Non bestie pro hoc tempore sanguine alentur. non ales preda: sed quie
ta & placida erunt omnia: leones & uituli ad presepe simul stabunt:
lupus ouem non rapiet. Canis non venabitur. Aspides & aquile no
nocebunt. Infans cum serpentibus ludet. Denique cum fient illa: quae poete
aureos tempibus facta esse iam Saturno regnante dixerunt: Quorum
error hinc ortus est: quoniam plerique futurorum plerique sic proferunt & certum
ant qui iam facta: Visiones scilicet diuino spiritu offerebantur oculis eorum & uide
bant illa in conspectu suo qui fieri ac terminari. Que vaticinia eorum cum pau
latim fama uulgasset: quorum populum a sacramento ignorabant: quatenus
diceretur completa esse iam veteribus scilicet illa omnia putauerunt: Que
utique fieri complerique non poterant homine regnante: Cum vero delenire
ligonibus impiis & scelere compresso subiecta erit deo terra: cedet & ipse
mari uector: Hec nautica pinus. Mutabit merces: omnis feret omnia tel
lus. Non rastros patietur humus. non uinea falcem. Robustus quoque
iam taurus iuga soluet arator. Tunc & mala molli flauescet campus arista
Incultisque rubens pendebit sentibus uua. Et dure quercus stillabunt ro
sida mella. Hec varios discet mentiri lana colores: ipse sed in pratis aries
iam suauis rubenti Murice iam crocco mutabit velleri luto. Sponte
sua sandix pascentes uestiet agnos. Ipse lacte domum referent distentaque
capelle uberi. Nec magnos metuent armenta leones. Que poeta secun

Et urbem quam fecit deo ipsam fecit claiorem sol et luna: